



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur  
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 441. Leonis Pap. Annus 2. Theodosii 34. Valentin. 17.  
Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14573**

portent. hanc Nicephorus. Sed iam ad sequentis anni res gestas orationem paremus.

# IESV CHRISTI

Annus 441.

LEONIS PAP. THEODOSII 34. IMP. VALENTIN. 17.

CYRVS MONO THEODOSII CONSULVS MAGI STRACVS

III. CONCILII VNI NATI- CANVM

DE HILARIO CLAVDIO ET IVCHESIO

DE HILARIO CLAVDIO ET IVCHESIO

**I.** **Q**VI ordine temporum sequens est annus Domini quadringentesimus quadragentesimus primus, Cyri tatum Consulatum in Falis reperitur inscriptus, in Oriente creati. Cur autem ex more Imperator Occidentalis Imperium Consulem non elegerit, minime liquet. Ceterum hunc ipsum Cyrum esse scias, qui varijs diuersis que agnatus est casibus, ac tandem naufragus, non inuenit nisi in Christiana religione salutem. Ethnicus homo fuit, deorum superstitioni deditus, sed naturam dextrimum in veraque militia Castrensium ac Palatina summus sibi magistratus quatenus, eosdem esse nullo negotio consecutus: etenim quo anno diximus captam Carthagine, Ducem exercitus ipsum gessisse, Eugenio auctore narrauimus; sequenti vero Praefecturam Praetorij consecutus, & Consulem designatum esse, Nouella Theodosij constitutiones declarant; rursum ante biennium Vibanam adeptum esse Praefecturam sub Consulatu Theodosij cum Felto, Imperatoria constitutio fidei facit: gessit eandem iterum sub tertio Aelii Consulatu, ut suo loco dicitur: praesenti vero anno auctus est ordinario Consulatu. Sed bono suo, magna Dei prouidentia, ad ima summis, alex rerum mundanarum inuersione, deiectus, vnicum inuenit in Christiana pietate confugium.

**II.** Ad hos autem omnes summos consequendos honores ex poetis facultatibus sibi parauit scalam, dum illis sese in amicitiam Eudociae Augustae infinnauit. Sed Suidam de ipso agentem audi, cum ait: *Cyri Panoplia poeta sub Theodosio Iunioris vixit, apud quem Praefectus Praetorio, & Praesens Vrbi. Consul & Patricius, fuit in admiratione ab Eudocia Augusta habitus, quae poematum studio erat. quando igitur illa cum viro suo Imperium moderata est, aequae res Cyrii potuerunt: ipsa autem secundo Constantino poli recedente, atq; Hierosolymam commigrante, ceperunt Anichibus iactari. nam & Suidas subdit: Eudocia autem cum aulâ relicta, in Oriente Hierosolymam esset. Cyrius ab aduersarij insidij circumuentione, in Phrygia Coryae Episcopus factus est, & vsq; ad Leonis tempora perdurauit. hanc Suidas quomodo autem id accidit, dicendum erit suo loco inferius: hanc modò ipsius Cyri Consulatus hoc anno initii occasione narrata sufficiant.*

**III.** Sub eodem Cyri Consulatu celebratum legitur in Gallijs Concilium Arausicanum, sed cum ponitur idem Cyrius collega Theodosij Iunioris, error scriptoris arguitur: nam quod ibi legitur, tempore Theodosij Iunioris & Cyri Consulatum, legendum est, Consula, loco Consulatum: nam Falis omnes & vetera monumenta non nisi vnicum hoc anno (ut dictum est) Consulem referunt. Quod ad Synodi locum pertinet, erat Arausica, vbi collecta fuit ciuitas in Gallia Narbonensi. Nobilis quidem ista dicenda Synodus, clarissimorum Antistitum illustrata coronâ, de quibus singulis proximè pauca dicturi sumus. Reperiantur in hac Synodo vndetriginta sancti canones ad Ecclesiasticam disciplinam atque iura spectantes ab Episcopis Galliarum Narbonensis & Lugdunensis, quindecim numero ex ijs Arausicam ciuitatem ex more conuenientibus. Florent quidem dictae Galliarum prouinciae, si quae alia Chritianitatis orbis orae, his temporibus, Episcopis aequae sanctissimis atque doctissimis, quorum solerti vigilantia in suscipi maneant robore leges Ecclesiasticae. Qui enim primo loco huic Synodo subscriptus habetur Hilarius, ipse ille est celebris Arelatenis Episcopus, qui antea haec presbyter

(ut superiori dictum est tomo) vna cum S. Prospero Aquitano Episcopo infectatus est Pelagianos, & aduersus Massilienses presbyteros atque alios impugnantes S. Augustini scripta strenue infutexit, de quo placitibus & inferius agendum erit.

**IV.** At qui secundo loco subscriptus nominatur Claudius Episcopus, nescitur, cuius fuerit ciuitatis Antistes: procul tamen abest, ut hic sedicendus, loco Claudij, Claudianus ille cognomento Mamerus clarus inter scriptores Ecclesiasticos: nam (ut suo loco inferius dicemus) non fuit ipse Episcopus Viennensis, sed potius eius Ecclesiae presbyter.

**V.** Rursum verò qui huic eidem Synodo interfuisse reperitur Eucherius, ipse est, qui famâ celebris vixit eodem tempore Episcopus Lugdunensis, cuius meminit Claudianus in libro de Statu animae, cum ait: *Haudquaquam tamen Eucherium praeteritum mirum videntem doctrinâ, & praesentibus coram disputationibus cognitum, non porro nunquam in lectione comperit: qui scilicet veridici erit, maturi animi, terrea despicens, caeli appetens, humilis spiritu, ardua marito, ac proinde ingenio subiugiuus, scientia plenus, eloquij proflans, magnorum sui saeculi Pontificum longe maxum, editis iurem sicut multivagus variorum operum volubundibus, ad populum quoque super statu animae concionatus est, &c.* Sed hic, rogo, sile gradum, lector, & considera, quòd cum ipse Claudianus (ut vides) de Eucherio agens, eiret conciones ipsius ad populum habitas, quae non extant: in eam sententiam facile mecum ibis, ut eiusdem Eucherij sint homiliae illae, quae falso nomine inscribuntur Eusebij Emisiani, cum alioqui haud dicendum sciamus, illas omnes esse Eucherij, cum inueniantur alioque esse Hilarij Arelatenis, Fausti vero Rhegiensis alioque. Porro alias à Lugdunensis planè Ecclesiae concionatore eas esse dictas, Martyres Lugdunenses, de quibus agit, & plura demonstrant, necnon Eucherij ipsum dicendi genus: nam in persuadendo efficacem fuisse, Sidonius docet, dum singulorum fermè Patrum in scribendo proprietates notat in epistola ad Claudianum. Sed & id suadent argumenta personae accommodata: verò qui monasticam vitam exerceat, & Lugdunensem Ecclesiam rexit; & ad monachos ad populum eum esse concionatum oportuit, cuiusmodi duplis generis eadem homiliae esse noscuntur.

**VI.** Cum igitur ex concionibus habitis de martyribus Lugdunensibus, Lugdunensis Ecclesiae Antistitem se esse agnoscet, & homiliae ipse stylum probè demonstrat, & tempora, quibus auctor vixit, eundem annunciant: etenim in recens obortas haereses Nestorij & Eurychetis idem inuehitur: Cùm haec, inquam, totum vnum concitrat Eucherium, quis de his dubitandi amplius locus reliquus est? Redditus ergo his, quae maximi esse noscuntur, seu aliorum (non hie de singulis nobis ager. Num) suis auctoribus, vindicentur egregiae donaciones ab iniusto & impio possessore Eusebio Emisiano, cuius nomine citari conseruerunt. Quid cum auctore Graeco homiliae, quae Latinae noscuntur esse conscripserit: Quid cum homine Ariano, quae omni ex parte pietatem redolent conciones: Quid deniq; auctor Gallicanus cum Syro, & Lugdunenses martyres cum Emisiano?

**VII.** Sed vnde adeò portentosum putandum prodisse commentum, & monstruosam adeò esse imposturam obortam? Potuit sane sefellisse librarium imprudentem, ut sub eius auctoris titulo reperit initium codicis obignatum, cetera omnia, quae in eo continerentur, eidem putaret esse tribuenda auctori. nemo enim est, qui ignoret, qui antiquorum codicum habet vsum, sepè saepius solere contingere, ut non vnum vel duos, sed & tres, quantum & amplius habeat idem volumen diuersorum auctorum tractatus, & aliquos ex illis inueniri sub nomine vnius auctoris excerptos: ut nisi quos oculos lynceos habeat, sepè accidat, ut in scripto auctori tribuatur, quicquid inferius eodem codice continetur. Cum alioqui & facile contigisse potuerit, ut in corroso consumptuq; nimiam vetustate codice, litteris lapsa factatis, legeret librarius, Eusebius,

IV.

V.

HOMILIAE EUCHE- RII FAL- SO TRI- BUTAE EUSEBIO EMISIA- NO.

A Siden. II. Epist. 2.

VI.

VII.



pro Eucherius. Sed reperimus ex recens editis antiquis monumentis in Gallianis Litanij verbis conscriptis ab Hartmanno Rabani Mauri discipulo, nominati inter sanctos Episcopos etiam Eusebium, sed incerte civitatis Episcopum, veritas hic se habent:

Tom. 1. unig. l. 1. p. 722.

VIII. RESTITV. END. S. BYCH. RAO SV. HO MI. LIA.

Martinus, Proculus, Casarius, Eusebius, Orient pro nostris criminibus v. arg. Hec dixerimus, ne adeo nomen Eusebii exhorretas, si dempseris, Emiffeni. Sicigitur non patiantur amplius, rogo, mei Lugdunenses, tantum suum ipsorum thesaurum the. c. latronis includi, sed iustissima vindicatione, suae esse Ecclesiae opes intelligentes, eandem rursus edentes: cuiusmodi iustum ipsis affigant titulum, ac veluti sigillo consignent: *Nomine S. Eucherii Episcopi Lugdunensis restituta, falso haecenus edita titulo Eusebii Emiffeni.* Essent his alia insuper addenda, sed in his diutius immorari non patitur ratio instituti. Sed sicut indignandum est, tamdiu sanctissimi viri divitias sub titulo foeclestissimi Ariani palam expostas, ita dolendum eas omnes haec integre reperiri. Qui enim tum monachus, tum Episcopus in eo dicendi genere an fuis plurimis veratus est, longe plures oportuit dixisse cum ad monachos, tum ad populum conciones: exordisse quidem nonnullas, Claudianus certissimam fidem facit, dum quam ipse citat Eucherij homilij, omnino desiderat.

IX. V. N. V. TANTVM ET NOM. DVO SV. CHERT. LVGDV. MENSES.

At (quod non praetermittendum est) ex eodem habes auctore, in quo redarguas perperam factam Gennadij editionem Suffridi, apud quam legitur Eucherius presbyter Lugdunensis scriptor Ecclesiasticus, cum dicendus sit Episcopus, vt habeat alia Gennadij Germaniae editiones. Porro & hinc datam ex codicis errore Honorio occasionem errandi constat, cum ponat duos Eucherios Lugdunenses, alterum presbyterum; Episcopum alterum, ambosque scriptores Ecclesiasticos, cum tamen etiam duo Eucherij cogniti habeantur, vt suo loco dicendum est inferius, vt inquit; tamen fuisse Episcopum constat.

X. b. Sido. l. 1. Epist. 8. c. Greg. Th. ron. l. 2. c. 20.

Praeter hunc, de quo est sermo, scimus & alium hoc seculo vixisse Eucherium virum clarissimum, quem data ad eum epistola plurimum laudat Sidonius Apollinaris, sed teste Gregorio Turonensi, occisum eum constat a Victario Diacono tempore, Marici Gothorum Regis, de quo suo loco pluribus agendum erit. Alium insuper fuisse scimus Eucherium in eodem Senatore virum insignem, sed bigarum, haud idoneum habitum, qui facti ordinis militiae novem daret, cuius meminit idem Sidonius in concione habita in electione Simplicij Episcopi Bituricensis post plurimos annos, cum iam ipse Sidonius esset Episcopus, & Ecclesiae Lugdunensi non amplius Eucherius, sed Patiens praesidet Antistes: vt intelligas, & oculi abesse, vt ille fuerit postea factus Episcopus Lugdunensis, magisq; conuenit, eum iungere cum Eucherio illo, ad quem extat Sidonij epistola, quam vt dicit postea eundem postea scriptam fuisse Lugdunensem Antistitem.

XI. EVCH. RII FILII.

Constat autem ipsum sanctum Eucherium, de quo est sermo fuisse coniugio obligatum, & ex eo genuisse viros sanctissimos, eosdemq; postea Episcopos, quos primum monasticis voluit impui disciplinis, eum ex Gennadio, tum etiam ex eiusdem Eucherij scriptis nossumus intelligere. Ipse enim Gennadius, dum de Eucherio agit, haec ait: *Differunt etiam ad personam filiorum Verani & Salong postea Festi, quorum obscuritas, sanctarum capitula scripturarum, fuisse hos quidem germanos fratres, eiusdem Eucherij inscriptio commentariorum in Genesim & in libros Regum demonstrat.* Cognoscit Veranum suum filium ipse sanctus Eucherius, dum ad eum scribit librum de Spiritualibus formulis: *aeque & Salongium suum fratrem natum in praefatione ad posteritatem librum Instructionum, & cum perorat: eius enim exordio haec habet de bene instructa vna Salongij: Dignum namq; est, inquit, quacumq; cura mea ingenium tuum reparari, qui praedum decem annos natum eremum ingressus, inter illas Sanctorum manus, non solum imbutus, verum etiam enucleatus sis ad Honorato patre, illo inquam, priore insularum, postea Ecclesiarum praesidente: cum te illic beatus Hilarius iam insularum tyrone, set iam nunc summi Pontificis doctrina for-*

IIII. d. Gemad. Cas. \*Veranij. Veran. dij.

mare per omnes spiritalium rerum disciplina: ad hoc etiam te postea consummantibus summi viri Salongij, Vincentio doctore pariter & sapientia praeeminens, &c. Sed & ipse etiam Salongius in epistola ad Eucherium, ab eo ambo esse genitos tradit: cum tamen non ignoremus ab alijs eos creditos filios spirituales Eucherij, qui eum coniugium nescierunt.

XII. EVCH. RII DE MONACHO IN RINIBUS EPISCO. LVGDV. MENSES. HIC IN VITA S. HENRICH.

Scimus & ipsum, de quo agitur, sanctum Eucherium in eadem Lerinensem insulam se contulisse, illicque & in alia proxima insula monasticam vitam exercuisse, testatur idem Sidonius in eadem Eucharistico ad Faustum scripto, necnon Hilarius: tradunt autem proximam illam insulam esse Lerone Lerinenem propinquam. Sed & eiusdem eremiticam vitam Ecclesia praedicta celebrat, dum eius agens natalem diem haec ait: *Eucherius ex nobilissimo Senatorum ordine ad religiosam vitam habitumq; conuersus, diu inter septa spelunca sponte conclusus in orationibus & scriptis Christo seruit: & quae sequuntur.* At de S. Eucherio Lugdunensi Episcopo modo haec tenent, iterum suo tempore eandem opportunius conueniunt. Illi autem S. Eucherius Episcopus Auteliensis Ecclesiae, procul abest, vt ad haec tempora referri possit, quem constat vixisse, cum Carolus Martellus regnum Franchorum administraret, de quo suo loco dictum sumus: modo autem de alijs, qui huic Synodo interfuerunt, Episcopis prosequamur orationem.

XIII. DE SA. LONIO EPISCO. HIC IN VITA S. HENRICH.

Qui huic item Araucanensi Synodo Saloniensis reperitur intermissus Episcopus, eademq; esse subscriptus; cuiusnam Ecclesiae Antistes fuisse, haud exprimitur. Scimus in Saloniensi inscriptione ad suos libros de Recto iudicio, quos ad eundem Salonium scripsit, nominari Salonium Episcopum Viennensem. Verum Ado eiusdem Ecclesiae Praeful, cum exacte recenset omnes Viennenses Episcopos, Salonium penitus ignorat: a tempore enim Constantini Magni in hanc diem hos enumerat Viennenses Ecclesiae successores Episcopos, Paschalis, Claudius, Nestorius, Nicerium, atque Mamercum. Inficias tamen non inuenimus, fuisse Salonium & eius fratrem Ecclesiae Viennensis studiosissimos, vt Sidonij epistola ad Salonium data significat verbis illis ad finem positus: *Et ut vni possit strenuus implorari agricolis: tunc vero propriam terram facundibus, si fecerint, quam plurimum colere, plus colare.* Scimus in tabulis duplicis Indicii Episcoporum Lugdunensium a Demochare editis, post S. Eucherium poni Salonium, & post eum Seranum, Episcopos Lugdunenses. Sed si Salonium Lugdunensem fuit Antistes, quomodo huic Synodo subscriptus, habetur, cui etiam Eucherius eiusdem Ecclesiae Praeful interfuit? Numquid duo vnus Ecclesiae Episcopi procul id abfuit ab Ecclesiasticis legibus, ipso Niceni Concilio de creto verante: Sicut eadem ratione dixerimus, longius abesse, vt qui ultimo ferme loco Casarius subscriptus haec erit, sit ille magni nominis Episcopus Arelatensis: nam eadem Ecclesiae qui hoc tempore praerat Episcopus Hilarius, huic Synodo praefuit: nullo nec statim post ipsum sedit Casarius, sed Rauennius, & post Rauennium Eonius & post eum Leontius, cui tandem est subrogatus Casarius. Scimus praeterea eundem creditum Salonium cum eo, qui dictus reperitur de prauiate Salomonis Episcopus Genuensis.

XIV. EVCH. RII DE SA. LONIO EPISCO. HIC IN VITA S. HENRICH.

Qui item huic Synodo interfuit Maximus reperitur, nequaquam huic illum putamus Reggensem in eadem Gallia Narbonensi Episcopum, de cuius ordinatione extat eiusdem Eucherij, quem dicunt Eusebium, homilia nam sedisse illum post Prosperum, suo loco dicemus; hic autem eius Ecclesiae Episcopus fuerit, haud exploratum habemus, Scimus tamen alium Maximum Episcopum Taurinensem celebris nominis doctrina & sanctitate Antistitem, his quidem vixisse temporibus: id enim indeliquido colligere possumus, quod idem reperitur praefo fuisse Mediolanensi Concilio sub sancto Leone Romano Pontifice celebrato, de quo suo loco dicendum. Quod autem hic forsitan Maximum ille Taurinensis Antistes fuerit, deduci argumentum potest ex coniectura; cum inrer decreta Patrum huius Concilij, vigesimoquarto canone, ijdem se velle se qui

Evgh. E. de Max. de Max. TAVRINENSIS EPISCO. HIC IN VITA S. HENRICH.

profiterentur, quod statutum fuisset in Concilio Taurinensi. cuius Ecclesie Maximus erat Episcopus: Eius quidem Ecclesie Episcopos convenire contulerunt cum Episcopis Gallie Narbonensis & Lugdunensis, epistola etiam S. Gregorij Papae significavit: parenciamque Taurinensis Ecclesie intra limites Franchorum regni propagasse terminos, eundem Gregorij Papae litteris data ad Theodorium & Theodoretum Franchorum Reges ostendunt. Quatuor hoc eorum saeculo alius in Gallia Maximus Episcopus Tolosanus, de quo inferius dicturi sumus.

Est celebris etiam memoria inter alios Patres, qui huic Concilio interfuerunt, Constantini Episcopi Vapingensis Ecclesie, consignata tabulis Ecclesiasticis: quod enim sanctitate claruerit, eius natalis dies in Ecclesia Catholica annuatim reperitur pridie Id. Aprilis, quae & alij Gallicano Concilio interfuisse scimus ex Synodali epistola ad sanctum Leonem Romanum Pontificem scripta. Augustalis quoque Episcopi: qui itidem dicitur Synodo subscriptus habetur, quinto Id. Septemb. memoria in Ecclesia colitur. Tot igitur clarissimi Antistes Synodum Africanam, licet paucorum Episcoporum numero congregatam, reddidere in omnibus celebrem & illustrem. Porro ut tot insignes doctrinae & sanctitatis viri in eisdem provincijs inveniuntur, id praestitisse videtur celeberrimum Letinensis insulae proximae adiacentis terrae cenobium, sanctissimorum Episcoporum seminarium: de ipsa enim sanctis geminibus fertili Sidonius Apollinaris in carmine Eucharistico ad Faustum Episcopum Regensem his meminit versibus:

Fratribus insularum, quanta illa in insula plana Misere in colum montes: qua sancta Caprasia Vita sancti, meminiq; Lupi: qua gratia patrem Mansit Honoratum fuerit quis Maximus ille, Urbem tu cuius Monachus, Antistes & Abbas Bis successor agis. Celebram quoque laudibus illis Eucherij venientis, iter redeuntis Hilarij.

De eisdem meminerunt S. Eucherij & S. Casarius Episcopi Arclatenfis, cum eisdem celebrat laudes cenobij Letinensis. Porro non omnes constat enumerasse Sidonium, quem Salonium eiusdem insulae (ut modo vidimus) a puero accolum S. Honorati Abbatis alumnus praetermississe liquet: verum & certum est praeterisse Vincentium virum doctissimum, cognomine Letinensem, cuius alij meminerunt.

Sed accipe ex S. Eucherij libro de Eremi laude fragmentum, ubi agens de viris sanctissimis eiusdem Letinensis insulae habitatoribus, haec inter alia, postquam eisdem profecurus in insula laudes, ad finem habet: Digna, qua Honorato auctore fundata sit, qua lectu insistanti tantum nata sit patrem, Apostolicae spiritus vigere & valius honore radiantem. Digna, qua illum suscipiens ita emittet: Digna, qua profusa in sumos alas monachos, & ambrosios praesertim sacerdotum. Hoc nunc successor eius tener Maximus, nomine clarum, qui post ipsum meruit adscribi: Haec habuit venerandi nominis Lupum, qui nobis illum ex tribu Benjamin Lupum retulit: Haec habuit germanum eius Vincentium, interno gemmam splendore perspicuum. Haec nunc possidet venerabilem orantem Caprasium veteribus sancti patrem: Haec nunc habet sanctos seculi alios, qui diuisis cellulis Aegyptios Patres Gallis nostris intulerunt. haec ex Eucherij commentariolo de laude Eremi ad Hilarium scripto, haud pridem Parisijs cuncto solertia doctissimi Genebardi. At de clarissimi viris, qui his temporibus in Narbonensi Gallia floruerunt, & huic Concilio interfuerunt, de quo magister & alumnus Letinensium monachorum haec dicitur.

Actum autem in hoc Concilio a Patribus constat de recipiendis diversis generis penitentibus: sed & praescriptam formam excommunicandi aliquem, & reconciliandi excommunicatum, habet appendix: cuius scilicet verba alia in hac Synodo reperimus esse statuta ad conferendam innotatam Ecclesiasticam disciplinam. Illud vero ad postremum adiecere Patres, ut nullus conuictus sine alterius futuri conuictus denunciatione soliquatenus in peccatoribus, Synodum absoluerit: Ita q; sequenti anno (si Domino nostro iustu

Christo permittente conceditur) die decimo quinto Kal. Novemb. in Araucio territorio conuentum habeamus. haec Patres, non extat illud quidem: quod verò reperitur posterius Araucianum Concilium, haud sequenti anno, sed longe postea collectum fuit, ut suo loco dicemus.

Quod reliquum est rerum gestarum annihuius: sub eodem Cyri Consulatu haec habet in Chronico S. Prosperi Theodosius Imperator bellum contra Vandalos inuenit areobindus & Anaxillo atq; Germano Ducibus cum magna classis directis: qui longu castationibus negotium differentes, Sicilia magis oneri, quam Africa profusio fuerunt. haec Prosper. His igitur magis magisque barbari Regis animus iracundus; in Catholicos Christianos, quos subegerat, commotus est: ex qua quidem re & quae reliqua erant in Africa sub dirione Valentianini Imperatoris, grauis fluctuare ceperunt: quam obrem ab eo & Galla Placidia matre illam inuitum consilium est, ut cum Gensericum pacem componeret, sic consilium putantes tum Catholice pietati, tum etiam locis haec tenus Romano Imperio custoditis. Porro praesentia est anno sequenti, dicemus de ipsa suo loco.

IESV CHRISTI ANNO 442.

LEONIS PAP. VALENTIN. 18. THEODOSII 33. IMP. ANNO 3.

CONSULIBUS NOUIS DIOFOTO & EUDOXIO NOMIS aeperit annus Domini quadringentesimus quadragimus secundus, quod (inquit S. Prosperi) cum Gensericus Vandalorum in Africa Rege pax est confirmata, & eorum in Africa inter vtrumq; diuisa est. unde & factum est postea, ut Carthagine 300 morantibus Catholicis Christianis, impetrarent idem Valentianus, Augustus a Gensericis Episcopum ordinari: quando id acciderit, suo loco dicendum. Quae autem hoc anno idem Rex barbarus a suis sit passus, & quid ipse in eos, idem S. Prosperi sic narret: in Gensericum apud suos de successu rerum superbiorem quidam opinantes ipsius exspectauerunt, sed molitione directi a multis ab eo suspicio excruciatu atq; extincti sunt. Camq; idem audendum alij etiam videretur, multu Regis suspicio excruciatu fuit, ut haec futura plus vixit perderet, quam si bello superaretur. haec Prosper. Per opportunum quidem videri poterat hoc tempus Orientalibus inuadendi Africam: quod alia saepe (ut vidimus) frustra tentarant, & ut id hoc ipso anno agerent, in Sicilia motas trahebant Romanus exercitus: sed hanc adeo opportunam ira Dei praecipuit occasionem: siquidem (ut idem Prosper & Marcellinus de Consulibus anni huius affirmant) Hunnis Thraciam & Illyricum seu a depopulatione vastantibus, exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem reuocatur Orientalis imperij. Sed quid de his Ioannis Diaconus, quem Paulum inscribitur, accipe: Per haec enim tempora Attila Rex Hunnorum, vir fortis atq; superbus, cum eum se artem in Blea super Hunnos principaretur, Thraciam & Illyricum sua depopulatione vastabat, omnia in Sicilia & ciuitates in seruitutem redigens, praeter Hadrianopolim & Heracleam, qua quondam Perinthus vocabatur. Tunc exercitus Romanorum, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium provinciarum reuocatus: Cogitur ergo Theodosius legationem Attilae mittere, & sex milia librarum auri pro recessu praebens, mille librarum annuum tributum persolvere pollicetur. Sed huic ferme diebus tam terribilis terrae motus Romae concussa est, ut plurime ades eius & aedificia corruerent: haec ipse: quae autem subdit de Brianis, suo loco dicemus.

Interea vero Gensericus (quod tyrannorum est timere omnes) caedes exercebat in eos, quos vel leuis suspicio, vanae cogitatione superinducta deheret. In Christianos autem, quos sciet penitus exarmatos, & quicquam in Regem molituros esse, nec quidem vel fingi poterat, agere poena exilij & deportationis contentus fuit, si quid quicquam in eum quoquo modo oblocutum scisset. Nam

XVIII

I.

EXERCITVS SICILIAE REVOCA- TVR. g Paul. inae l. 1. 4. prospe. su.

II.